



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

86. Canis: Expressus ex sensibus Oppiani de Venatione, lib. 55. v. 401.  
Μηκεδανον, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

CANIS.

PRÆLIVM INTER CANEM, Leonem, & Elephantum.

Expressus ex sensibus Oppiani de ven. lib. 1. v. 401.

Ex Plinio.

Μυραδάων κρητέρον δέμας.

Descriptio LXXXVII.

Descriptio LXXXVI.

Canis si absolutum modò videre desideras, talis est Corpus illi procerum, & validum, caput amplum, læue, benè oculatum, lumina miti fulgore cærulea in oculis ardescunt: os oblongum, & pulchra dentium pectinatim coeuntium serie benè serratum, aures modicæ delicata obducuntur cute, ceruix protensa, robusta pectora, ampli latiq̃ue armi, obliquæ costarum series, craticulatumq̃ue distincta, lumbi modica carne sufferti, nec præpingues sunt, nec macilentæ, crurum rectæ, & mollibus internodijs proluxa tibiq̃. Anteriores pedes posticis breviores, cauda gracilis, & promissa ad talos vsq̃ue definit.

Indiam petenti Alexandro Magno Rex Albanix alterum mittens canem, addidit mandata, ne in parvis experiri vellet, sed in Leone Elephantòue: duos sibi fuisse, hoc interempto, præterea nullum fore. Nec distulit Alexander, Leonemq̃ue fractum protinus vidit. Postea Elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo lætatus. Horrentibus quippe totum corpus villis, ingenti primum latratu intouit; mox ingruit assultans, contraq̃ue belluam exurgens, hinc & illinc artifici dimicatione, qua maximè opus esset, infestans atq; euitans, donec assidua rotarum vertigine afflixit, ad eam eius tellure concussa.

TAVRVS.

Ex Plinio.

Descriptio LXXXVIII.

Item, ex eodem loco.

Ζαΰεπες τερψίνεος ἰν ταύροις.

Alius procerior in speciem collis assurgit facie quidem depressa, sumis naribus, horribilibus intercilijs, quæ cæsius oclorum fulgor violentus irradiat, tota facies hispida veluti senticetis fruticatur, lati porriguntur humeri, corpus valentissimū ad vim inferendam promptius, quam ad currendum, sunt enim eius vires firmæ, acer impetus, terribilis ferocia, atq; animus infecta rabie semper armatus.

Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatione prioribus in pedibus stat, ira gliscente, alter nos replicans, spargensq̃ue in altum arenam, & solus animalū eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio ãmicitantes, & idèò demonstratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumq̃ue resurgere, modò iacentes ex humo colli, bigarūq̃ue etiam cursu citato velut aurigas insistere.

EQVVS.

Ex Synesio.

Descriptio LXXXIX.

Ἐπιμύδα Ἰσίδωρος ἰππων ἀκροφύεσσι τοῖς ἀτάσσει ἀρετῆν ἰπποῦ προσήκυσαν, ὧ

Equum tibi dono misi ad omnem virtutem, quæ quidem in equo cernitur, habilissimum  
Bbbb natura,